

eam & populū eius colere solem absq; deo, & reliqua. Item
 in capitulo Caramar: quod interpretatur luna dicit: Appro-
 pinquauit hora: & luna contrita est. Quod interpretantes ho-
 rum magistri dicunt Mahometū cū socijs eius stetisse: Viden luna
 tes aut lunā appropinquantē cōiunctiōi dixerūt ad eū: Osten-
 de nobis prodigiū quoddā. Et tūc ille duobus digitis eius an-
 nuit lune, id est pollice & medio. Quo factot in duas ptes luna
 diuisa est: & altera quidē pars cecidit in montē Elices, qui im-
 minet ab una parte Meccę: reliqua autem pars ad alterū mon-
 tem qui appellantur Rubus ad aliam partē urbis positū. Sic
 aut luna diuisa intravit in tunicā mahometi: & ipse rursus hāc
 instaurauit. Item in capitulo Sœui dicit verme significasse mor-
 tem salomonis demonibus. Vbi dicit expositio: q; Salmon in
 nixus sui p̄sius bāculo: tanto dolore repente corruptus est ut
 statim expirauerit: diuino autem miraculo nō cecidit. Dēmo-
 nes autem qui ei seruiebant: videntes eū stare credebant ipm
 dormire. Et natus est quidem vermes et terra: & corrosit ba-
 culū cui innixus erat: Quo contrito cecidit Salomon: Et tūc
 currentes dēmones cognouerunt eum esse mortuum: & ex eo
 cōperūt hominibus iuxta posse nocere. Itē in capitulo narra-
 tionū ipse Mahometus reddit causam ppter quam vinum pro-
 hibitum est. Dicit enim deum ad terram duos angelos misis-
 selut bene imperarent & iuste iudicarent. Erant autē hi ange-
 li Aroth & Maroth. veniens autem quedam mulier iusticiam
 habens ad prandium hos vocauit: & apposuit eis vinū: quod
 ne biberent eis deus mandauit. Inebriati autem de coitu eam
 requisiuerunt: Quę consensit: & pacta est super his tamen: q;
 alter quidem horum eam in cōlum ascendere faciat; alter ve-
 ro descendere. Quę & in cōlum ascendit. Deus autem vidēs
 hanc & iusticiam quam habebat audiens: fecit eam Luciferū:
 ut esset hēc in cōlo inter astra ita pulchra sicut & in terra fuit
 inter mulieres. Data autem peccātibus angelis electione ubi
 velint puniri: tūc videlicet vel in futuro: eligētibus eis in pre-
 senti potius puniri: pendere fecit hos per pedes catena ferrea
 in Babylonis puto usq; in diem iudicij. Hēc & his similia in
 predicta lege cōtinentur: propter quę quilibet sapiens posset Cōclusio.
 utiq; rem cognoscere & q; nullo modo lex est diuina; necq; enī

Fabula de
verme &
morte sa-
lomonis.

Alia fabu-
la de phi-
bito vino
Saracenis

b